



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Quam uiolentem pariat suspicionem uiri mulierisq[ue], co[n]sortium cap.

XXV

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

DE MALE PROFITEN. RELIGIO,

8 Cor. 8

Siquidem parum momenti affert ad ædificationem populi, si probus, ac castus tibi sis, nisi talis etiam habearis. Nam longe sane præstat, quo ad negocium fidei, eos, à quibus exempla recte uiuendi sumenda sunt, esse opinio nis honestæ, et à cunctis laudari: quam rem ipsam habere bonam, atque uulgo damnari. Quam ob rem tum demum scias conscientiam tuam tutam esse, quum occasione male de te sentiendi nullã præstes alicui: quumque ita uiuas, ut ne scintilla quidẽ ex moribus defiliatuis quæ sinistri cuiuspiam rumoris tibi confiare possit incendium: alioqui iniqui irasceris obtrektoribus, quum eis ipsis obtrestandi tu ipse fomitem sumministras. Expedi ergo si quid mali dicitur de nobis, omnes occasiones mali illius quodcunq; illud fuerit, præcidere: statim contra uero si quid boni dicitur, occasiones omnes omni nostro studio ac sollicitudine augere ad dei gloriam. Nam esto, quod conscientia tua nullum peccati uulnus habeat: habet tamen sparsus rumor ignominia: cicatricem, quam ostentat pro uulnere: quoniam difficile est homini uel iusto eos, qui foeminarum consortio delectantur, non iudicare impudicos. Consule ergo famæ, et salua sit tibi undecumque et continentia, et integritatis opinio, ut ea cunctis tam foris, quam domi luceat. Lucebit autem ut uolumus, si bene nota, ac probata æquis simul atque iniquis fuerit tuæ uitæ ratio: ac si cunctis ita publice, palamque constiterit, ut ne fingere quidem quisquam audeat de te cunctum, quod nulli putet posse esse probabile.

Quam uolentam pariat suspitionem uiri mulierisque consortium Cap. XXV.

**H**ic fremat, & murmuret qui uis licet, dicam tamen quod sentio, et quod negari ulla ratione non potest. Quoniam modo queso poterunt illi ipsi si aut excusare culpam, aut dissimulare flagitium, qui

unà cum suspectis mulieribus unas ædes cohabitant &  
 uni mense accumbunt: ad unam lucernam uigilat et uno  
 denique igne calefcunt: Quis nam precor te rursus in  
 tanta familiaritate, et tam obuiò mulieris aspectu oculo  
 los quandoque ad concupiscendum non flectat: mens  
 tem non traducat ad turpia: Et tamen ex saluatoris no  
 stri sententia non tantum facere in his quicquam tur  
 piter, sed etiam concupiscere est criminofum, sed iuxta  
 illud uel qui uiderit mulierem ad concupiscendam  
 eam, iam mœchatus est in corde suo. Constat enim *Math. 5*  
 ad perfectionem castimonix, non sufficere continen  
 tiam corporalem, nisi iungatur etiam mentis integri  
 tas: quoniam corrupta et contaminata mente cor  
 pus ipsum syncærum esse nullatenus potest. Sed quæ  
 tam solida mens in tam lubrico, ac præcipiti lapsu hinc  
 manæ: fragilitatis stare poterit, ut aliquando non sub  
 uertatur et corruat: Flamma (ut alunt) fumo pro  
 xima est. Nunquid ait Salomon: potest homo abs  
 condere ignem in sinu suo ut uestimenta illius non *Prou. 6.*  
 ardeant: Dauid sanctus Viriæ uxorem se lauanti  
 longe conspicatus, exarsit inconcupiscentiam, et pa  
 trauit adulterium. Num tu illo sanctior: ut sceminas  
 et intueri proplus, et cum eisdem confidere, collo  
 qui, ridere, et commorari tuto sine fornicationis pe  
 riculo. Non est, id (mihi crede) uelle seruare ca  
 stitatem, sed prostituere: non spiritui seruire, sed car  
 ni, non denique aliis exemplum recte uiuendi præ  
 bere, sed scandalum. Quidnam mirum si tantope  
 re uiri, et mulieris consuetudini male fidentur: quum  
 soleat uel ex lapidum ac tritu ignis elici: Quid est  
 ista mulier tibi: mater nè: soror: amita: aut neptis:  
 uxor certe esse non potest. Quid quæso opus est as  
 fidue obicere te periculis sine causa: atque de indu  
 stria ultro hostem tibi intra cubiculi limen inducere: Ma  
 ximæ profecto dementiæ est, atque ignorantix, id appe

DE MALE PROFITEN. RELIGIO,

tere, quod semper nocuerit: nec cauere uelle, ne tu inde  
pereas unde tot alios perisse cognoscis. Quid necesse ti  
bi ita frequenter pugnare, ut te quotidie oporteat certo  
cum danno, & dedecore aut cadere, aut dubie cum solis  
citidine, & labore superare? Lubrica sane spes eius est, et  
peruersa cōfidentia certis sese periculis exponere quum  
possit securius abesse, et saluari absque ullo discrimine.  
Ecquis negligens, & incautus euadet, ut à rot, tantisq; la  
queis non capiatur: quādo (ut ait Comicus) qui cauet ne  
decipiatur, uix cauet: et iam quum cauisse ratus est, saepe  
ipse ipse cautor captus est. Nempe sani hominis nō est col  
stituere sese in lubrico, ubi insistere, aut ingredi, sine calu  
aut prolapsione uix possit: quū liceat, si uelit, esse et uiuere  
re in tuto. Nolite inquit Apostolus, locum dare diabolo  
quod est, non committere sese temere tentationibus, ac  
tradere seipsum dæmoni superandum. Nam si hostis ho  
ris obsidens nos oppugnet, uix muris, & munimentis at  
cetur quāto is præualebit acrius, si intra muros coeperit  
incurfare: atq; si multi qui in ea re melius cauent, et com  
tra eiusmodi hostes portas claudunt, quandoque super  
rentur: quid illis quæso erit, qui ultro patefecerint ingressu  
sum? Multo tutius, atq; melius est ( mihi credite) procul  
esse a periculo, et perire nō posse, quātm temere dormi  
entem in ripa, uel circa puteum saltantem (ut aiunt) stare  
casurum. Nemo tutus esse durius potest qui periculo est  
proximus. Non erubescit beatus Hieronymus toties in  
eo certamine probatus, fateri formidinem suam. Fateor  
inquit imbecillitatem meam: nolo spe pugnare uictoria  
ne perdam aliquando uictoriam: si fugero, gladium de  
uitaui: si stetero, aut uincendum mihi est, aut cadendum.  
Quo circa ait, D. Augustinus. Qui cum mulieribus  
habitantes putant se castitatis obtinere triumphum, igno  
rant se apud Deum dupliciter reos esse, & q; seipso in  
periculum mittant, & aliis exemplum peruersæ familiar  
tatis ostendant.

Nihil